

quam miracula videret, eredit excellenter, & in fide constanter stetit. Tandem quia maior extitit fides Gentium, quam Iudaeorum, cum illa fieri Dei, Scripturae, ac Prophetarum notitiam non haberent; & sic minus ab illis expectabatur. Et hac fit prima ratio ad quaestionem. Vnde tanta Gethil mulieris declarata fides extitit maximè digna laude. Curatis decem leprosis, vnus ex eis alienigena rediit ad Christum, ei gratias agens. Tunc ait Christus: *Nonne decem mundati sunt; & nouem ubi sunt? Non est inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.* Et ait illi: *Surge, quia fides tua te saluum fecit.* Luc. 17. num. 18.

Secundò D. Chryostomus homil. 53. in Matth. Tu vero, ait, diligenter considera, cum nihil ab Apostolis in re mulieris factum fuerit, totum ab ipsa fuisse perfectum, tantum quippe potest ingens, & feruens oratio. Rogabat, pro illaque etiam Discipuli intercedebant: *Accedentes Discipuli eius, rogabant eum, dimitte eam, &c.* Distulit prouidus Dominus quoadusque ingens mulieris innotesceret fides, quam in praesenti laudat. Tunc ad donum postulatam concedendum processit. *O mulier, magna est fides tua! Fiat tibi, sicut vis.* Ut cunctis fieret euident, quòd nec rogatu Discipulorum, nec alicuius fauore, sed propria virtute Chananæ filia salutem à Domino obtinuerit, vt ita mulieris gloria sine aliqua obfuscationis labe omnibus esset conspicua.

Tertiò. Laudat Dominus fidem huius mulieris; non verò Latronis in Cruce pendentis, Luc. 23. Nam hæc mulier dixerat: *Etiã catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum:* petebat enim micas è sacra Christi mensa; Latro verò Domini regnum: *Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum,* Luc. 23. num. 42. Inde fides huius mulieris grandior, & præclatior, cum è Christi mensa micas exposcat, quàm Latroni fides regnum Domini affectantis. Hanc rationem latius apposui, & explicauit tom. 3. cap. 35. q. 38. num. 256.

Quartò D. Chryostomus homil. 17. ex variis in Matth. *Propterea, inquit Deus, laudo constantiam eius, laudo fidem, quia iniuriata permansit, & ratione extorsit.* Quid valde mirabile apparet in hac muliere; quid Dominus in ea tantopere laudat? an quod mater pro filia infirmante preces fundat? minimè, hoc cuiusque matri commune, ac vulgare. Quid ergo in hac peculiare? Ex eo sanè existimat Chryostomus, quòd Domino maximè placuit, quia ratione præmissa filiae sanitatem procurauit, ac extorsit. Nam Christus dans illi repulsam dixerat: *Non est bonum, sumere panem filiorum, & mittere canibus:* Inde verò ipsa pro se argumento deducto, intulit: *Nam & catelli edunt de micis:* Catellus, cum sit pars familiae Domini, ex eius mensa alendus est, rationeque apposita multum profecit, donumque comparauit.

Edit Rachel filium suum, & vocat nomen eius Ioseph dicens: *Addat mihi Dominus filium alterum.* Gen. 30. num. 24. Cur nec Lia, nec Zelpha, nec Bala alia Iacob vxores hæc dicunt, sed sola Rachel, quælibet enim plures filios suscipere optabat: Rachel interpretatur Ratio. Sola hæc ait. *Addat mihi Dominus filium alterum.* Vbi enim ratio interuenit, ac res ratione disponitur, ibi tantum datur, certa spes, ac confidentia, vt bona augeantur, ac multiplicentur dona. Richardus Victorinus lib. qui dicitur Benjamin minor c. 48.

Cur ancillarum nulla, ait, cur nec ipsa quidem Lia, sed Rachel sola potuerit talen filium gignere? Per Rachel rationem intelligimus: Cur non nisi de Rachel Ioseph nasci potuit citius inuenimus, quòd de sola ratione discretio oriatur, minimè dubitamus; talis proles de tali matre; Ioseph de Rachel, discretio de ratione. Discretio in donis obtinendis à ratione prouenit.

Ait Deus Abrahamo: *Tolle filium tuum, & vade in terram visionis, quam monstrauero tibi* Gen. 22. n. 2. Cur vult Deus, vt Abrahamus exeat è terra sua, & sumpto itinere trium dierum ad montem Moria perueniat. Cur eo die, quo sacrificium ei mandatur, non perficitur, hoc enim videbatur ad maioris obedientie argumentum. Ad quid tres dies interponuntur? Illa sacrificij oblatio futura erat Deo maximè grata, ob illamque Abrahamo multa dona impertienda: meritò ergo inter mandatum, & holocaustum non exiguum, sed trium dierum tempus destinatur, vt inde omnibus fiat exploratum, quòd illa non præcipiti animo, sed alta consideratione, magnoque rationis iudicio ab Abrahamo exequerentur, ex quo ipsa oblatio maximè pericunda coram Deo apparebat. D. Ambrosius lib. 1. de Abrahamo cap. 8. *Interponitur spatium, ait, ne præcipitari subito videretur affectus.* Vide tom. 2. cap. 17. q. 9. num. 53. & 54. & tom. 3. cap. 22. n. 12. 13. & 14. & cap. 25. n. 44.

QUESTIO XVII.

Quare, cum multæ virtutes in muliere radiauerint; sola tamen eius fides à Christo laudatur?

MULTÆ virtutes enitebant in hac femina, fides scilicet, charitas, sedulitas, perfectuerantia, humilitas, patientia, prudentia, vt iam notauit supra q. 7. Tamen in præfenti Christus D. solùm illius fidem commemorat, eamque laudat. *O mulier, magna est fides tua.* Cur non potius alias virtutes, sed solam fidem celebrat?

Respondet Primò Abulensis q. 80. Quod hinc fides laudatur, quia sola ipsa fuit hic veluti propter se; cætera vero fuerunt propter ipsam: illa enim fuit quasi imperans actibus aliarum virtutum; vnde actus omnium illarum dicuntur esse actus fidei; sicut actus à charitate imperatos vocare possumus actus charitatis, licet etiam sint imperati ab aliquibus virtutibus particularibus. Et patet hoc: quia ideo mulier ista à principio iuit ad Christum, quia credidit, quod ipse poterat filiam suam sanare; firmiterque etiam perseuerauit, quia sciebat filiae curationem è manu Christi pendere: propter hoc etiam se humiliavit, vocans se catellam; & tam prudentem se habuit, vt per hæc obtinere posset à Christo, quòd ab eo fieri credebatur: si autem non crederet, nihil istorum fecisset: ideòque omnes isti actus sunt à fide imperati, & ita melius vocantur actus fidei, quam particularium virtutum. Et hæc ratio dicitur ab Abulensi potissima, ob quam de sola fide hic fit mentio. Et pro hoc fundamento facit id, quòd dicit Victor Antiochenus à me citatus in expositione pro Euangelistarum concordia.

Secundò. Fides tantum mulieris hic laudatur à Christo, hanc enim virtutem ipsè prædicando maximè

Rich. Vi&

144. Genes. 22.

Oblatio, non præcipiti, sed considerato animo facta, Deo maximè grata.

D. Ambros.

145. Ratio diff. cultatis.

146. Abulens.

Omnes virtutes mulieris à fide procedebant.

147.

maximè introducere nitebatur, vt scilicet omnes crederent in eum; de cæteris autem virtutibus non erat immediatè tanta sollicitudo, vt notat citatus Abulensis; & hoc maximè, quia fides est fundamentum, cum sine illa impossibile sit placere Deo. Hebræor. 11. n. 6. sine fide enim, vel nullæ sunt virtutes, vel saltem sunt inutiles ad placendum Deo. Ex quo tota tam scripturæ prædictio, quàm series dictorum, ac gestorum Christi extitit directè propter fidem introducendam, & conseruandam. Sic ait Ioan. 20. n. 30. *Multa alia signa fecit Iesus, quæ in hoc libro scripta non sunt, vt credatis, quia Christus est Filius Dei, & credentes vitam habeatis.* Et non fit ibi mentio, quòd illa scriptura sit propter aliam virtutem. Sicque de Baptista dicitur: *Veni, vt omnes crederent per illum.* Ioan. 1. n. 7. Aduentus enim Præcurforis quædam fuit præparatio ad Christi aduentum.

Tertiò. D. Basilius Seleucus Orat. 20. sic introducit Christum mulieri loquentem. *Totam tibi, ait, curationis mensam explico: non vt canimicas, sed vt filia panem largior. Tu quidem Iudæos fide viciisti: ego vero dau meo tua postulata.* Contraria iuxta se opposita maximè elucefcunt: Cum inter incredulitatem; ac obstinationem Iudæorum, & Gentilitate hæc magna fides mulieris prodiret, vt eum, quem Iudæi repudiabant, ipsa venerabunda adoraret, ac publicè confiteretur; hoc Christi oculos rapuit, ac ad se attraxit, vt illam mirificè laudibus celebraret, illique super postulata dona concederet. *Tu quidem Iudæos fide viciisti: ego vero dau meo tua postulata.*

Quartò. Idem D. Basilius Seleucus citata Orat. 20. *Canem vocasti, ait, cum sim familia pars, Domini fruar mensa. O fides! O prudentia! O Chananæa pietas? Pro salute filia clamata mulier, intercedentibusque pro ipsa Apostolis, eam Dominus à se abiciebat dicens: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Inde ipsa pro se verba facit. *Etiã Domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum.* Tunc Dominus subnectit, eiusque fidem laudat. Cur ergo modo mulieris fides excellentior manifestatur? Audit illa se à filiorum gloria excludi, & inter abiectos, ac minimos familiae canes computari, & tamen de filia salute non desperat, sed adhuc de illa fortiter confidit. O grandis fides, qua Christum credidit, non terrenum, sed cælestem Dominum! Non enim mundialis principis est, de minimis, & abiectis seruis curam habere, vt illis necessaria provideantur; hoc enim ad diuinum tantum moderatorem spectat. Cum ergo mulier se inter minimos computari audiret, & tamen adhuc de necessaria alimonia speraret, non temporalem, sed diuinum prouisorum Christum recognoscit. O magnum fidei elogium! *Cum sim familia pars, ait, Domini fruar mensa. O fides, &c.*

Quintò Idem D. Basilius Seleucus allegato loco. *Gravius silentio responsum, ait, & fidei Chananæ bene congruens: nisi enim talis fuisset mulier foret inhumanitatis, ac impotentie saluatorem condemnans auolasset. Non dixit: Canis in tanta hominum turba, audio; sicut humilitatis, tenuitatisque sue confessionem celat obrutu contumeliarum. O mulieris fides in Euangelis descripta. Contumeliam quandam Dominus extorserat in mulierem canem appellans: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Et adhuc illa instantè Dominum vocat, Omnipotentem recognoscit, salutem si Sylueira in Euang. Tom. IV.

lia expostulans: *Etiã Domine, nam & catelli:* Tunc Christus eius fidem commendans ait: *O mulier, magna est fides tua.* Cur potius modò, quàm antea huius mulieris clatior fides? Audit mulier Dominum in externa apparentia contumeliosum, eam canem dicendo; & tamen è regia progenie natum credit, supremumque Dominum recognoscit. O magna fidei celsitudo! Alios enim deuultare, ac iniuriolis verbis afficere, valde à viro nobili deuiat: hæc enim rusticitas in ignobili constata est. Audiens hæc femina illam contumeliam ad speciem in Christi ore; non eum humilem, nec tenuem suspicatur: Non dixit: *humilitatis tenuitatisque sue confessionem celat obrutu contumeliarum:* & tamen adhuc ex illustri sobole progenitum reueretur. O robusta fides! contumeliosum in externa apparentia experiri, & adhuc illustrem confiteri. *O mulieris fides in Euangelis descripta.*

Sextò D. Hieronymus. *Mira, ait, Chananæa fides, patientia, & humilitas predicatur: fides, quia credidit, sanari posse filiam suam. Patientia, quia toties contempta in precibus perseuerauit. Humilitas, quia se non canibus, sed catellis comparat. Nota, quòd ista Chananæa perseueranter primum filium Dauid, deinde Dominum vocat, ad extremum adorat vt Deum.* Commota mulier fama miraculorum Christi, ad ipsum fide multa accessit in sua peturgente necessitate, eius misericordiam, ac clementiam implorans: *Misere mei, Domine fili Dauid.* Tunc Christus eius fidem nec laudat, imò eam à se reicit, primò, nullo dato responso: *Non respondit ei verbum:* Secundò duris verbis: *Non est bonum, sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Et cum illa feruere eum adorans, ac Dominum recognoscens deprecaretur. *Etiã Domine, nam & catelli, &c.* Tunc Dominus pro illius fide magnum protulit elogium. *O mulier! magna est fides tua.* Quid in hac fide grande? Venerat mulier vtgenti necessitate oppressa, multaque afflictione laborans, ad Christi misericordiam confugiens; & tamen ipsum in apparentia rigidum, ac inexorabilem experitur; attamen eum non impotentem, ac imbecillum cogitat, nec vulgarem hominem existimat, sed adhuc Deum credit. *Dominum vocat, ad extremum adorat vt Deum.* O præclara fides! Nam sicut humanæ vilitatis proprium argumentum est, visa aliorum oppressione esse durum, & seuerum; ita proprium diuinitatis index, esse pium, & misericordem. Cum ergo exposuisset mulier sui animi moerorem; & videret Christum in specie valde rigidum, & inexorabilem; & nihilominus, non hominem, sed Dominum, ac Deum fatetur: Multa sanè fides, multis elogiis celebranda.

Septimò. Laudatur mulieris fides; per ipsam enim obtinuit mulier id, quòd petebat. Inter cæteras virtutes fides aptior ad impetrandum fieri miraculum; per fidem enim obtinimus quidquid à Deo petimus, & desideramus, itaut nihil sit nobis impossibile, dicente Domino: *Omnia possibilia sunt credenti.* Marc. 9. n. 23.

Cum Petrus è suo nauigio cognosceret Dominum ambulante super aquas, ait illi: *Domine, si tu es, iube me ad te venire super aquas.* Aitque illi Dominus: *Veni* Matth. 14. n. 28. Tunc Petrus è naui descendens, res valde mirabilis, sicis pedibus super aquora deambulat. Multa consideratione dignum: Quorsum Petrus hæc petat; & Dominus annuat: nam Petrus postulat, ambulare super mare, nulla necessitate vtgente, nauigio enim

Alios deuultare aliomum à viro nobili, hoc ignobilitatis est character.

151. Hieron.

Pietas, ac clementia proprius diuinitatis index.

152.

Marc. 9.

153. March. 14.

Magnè gra. & fideandam id quod minus expectatur.

Luc. 17.

Chryost.

Quæ ex merito, & non ex aliorum fauore valde condecorant.

141.

Luc. 23.

Fides Eucharistia generosior, quàm regni celestis affectus.

142. Chryost.

Donum, quod ratione comparatur, maximè plausible.

143. Genes. 30.

Ratione interueniente multa dona assequuntur.

enim suo ad Dominum poterat appropinquare. Deinde quomodo Dominus hoc postulatam concedit; videbatur enim Petrus reprehendendus, veluti rem superuacaneam postulans, cum illud industria humana assequi valeret; non enim solet Deus, sua signa, ac miracula præter necessitatem edere. Cur ergo illius preces exaudit? Apostolus multa fide armatus illud à Domino postulauit, vt ex communi Patrum sententia dixi tom. 3. cap. 34. Cùm in fide esset, oratio statim obtinuit, quidquid petebat, ne vnquam diceretur quidquam, intercedente fide, denegatum. Pulchre D. Gaudentius ferm. 19. & vltimo. *Petrus rogat, ait, fube me, ad te venire super aquas: at ipse, ne quid fidei negaret desiderio, ait, veni.*

Gaudent.

154.

Iud. 6.

Gravi timore correptus stabat Gedeon in area, ita vt à facie Madian meditaretur fugam. Apparet ei Angelus Domini dicens: *Dominus tecum fortissime virorum.* Cui ille: *Si Dominus nobiscum, vbi sunt mirabilia eius, quæ narrauerunt patres nostri, atque dixerunt, de Egypto liberavit nos Dominus.* Quibus auditis statim ait Angelus ei: *Vade, in hac fortitudine tua liberabis Israel de manu Madian.* Iudic. 6. num. 14. In his duo faciunt magnam difficultatem. Primò. Quomodo dicat Angelus: *In hac fortitudine tua.* In quo erat illius fortitudo ad hostes debellandos, qui tanta imbecillitate premebatur, vt fugam haberet in animo? Secundo. Cur hæc ei non dixit Angelus statim quando apparuit, sed postquam audiit Gedeonis verba, tunc ait: *In hac fortitudine tua?* In Gedeonis sermonibus sese eius robur declarauit, cum credens Dei opera dicebat: *Vbi sunt mirabilia eius, quæ narrauerunt patres nostri.* Cùm fides explicatur, tunc fortitudo, ac robusta manus apparet, vt aduersarios subiiciat, ac deuineat, cunctaque in magna felicitate componat. Theodor. quæst. 12. *Quoniam, ait, memor erat mirabilium Dei, firmamque de Deo tenebat opinionem, si vellet, eos facile liberare posset, meruit, vt audiret ab Angelo; proficiscere in robore fidei huius, & vinces &c.* Vide tom. 3. cap. 11. num. 142. 143. 144. & 179.

Fides corroborat ad vincendum, & ad omnia bona.

Theodor.

QVÆSTIO XVIII.

Quare Christus non dixit demonio, vt exiret à filia huius mulieris, sed ait illi: Fiat tibi, sicut vis?

155.

Marc. 6.

Marc. 1. Ratio diffcultatis.

SEPE Christus D. demones ab hominum corporibus verbo suo eiiciebat. In regione Gerasenorum ab homine demoniaco expellens demonium ait illi: *Exi spiritus im-munde ab homine.* Marc. 5. n. 8. Et in Capharnaum, alterum demone obsessum sanans, ait demonio: *Obmutescet, & exi ab homine.* Marc. 1. n. 5. At in hoc miraculo perpetrando, nouo, & mirabili modo vsus est Christus; non enim dixit, exi demonium à filia huius mulieris; sed ait mulieri, *fiat tibi, sicut vis.*

156. Chrysof.

Respondet Primò D. Chrysofostomus homil. 17. ex variis in Matth. *O mulier, magna est fides tua; fiat tibi, sicut vis: non dixit, ait, sanetur filia tua, sed fiat, sicut vis. Tu, inquit, eam cura, esto medicus, tibi remitto medicamentum, vt imponas ei: fiat tibi, sicut vis; voluntas tua curat eam: neque iussit mulier, neque imperat demoni, sed sola mulieris voluntas*

curauit filiam, demonemque fugauit. Non ait Christus: Ego sano filiam tuam, ab eaque demonium expello, sed tuus ingens feruor in petendo, tuæque magna declarata fides, non solum salutem filia tuæ à me impetrat, sed etiam obtinet, vt vices meæ potestatis tibi committantur, vt tu absque alterius sententia, & calculo ei medicamen impendas, non tantum iussu, & imperio, sed etiam leui tuæ voluntatis nutu: si vis, sine alterius interuentu, iam filia tua est sana; non modò eius salus, sed etiam modus illius sub tua potestate est. O ingens liberalitas, in qua non solum res beneficij, sed etiam illius modus petentis arbitrio defertur. Et si Christus verbis exaggerauit mulieris fidem, dono exaggerauit beneficium.

ingens liberalitas, in qua non solum beneficium, sed etiam illius modus conceditur.

Secundò. Idem D. Chrysofostomus homil. 53. in Matth. *Fiat tibi, sicut vis: ac si diceret, ait, fides quidem tua, maior, quam petis, poterat imperare; verum tamen fiat, vt vis. Hac vox illi affinis est, qua dictum est, fiat calum, & factum est calum.* Tam præclara, ac ingens fuit huius piæ mulieris fides vnà cum perseuerantia, vt ad illius remunerationem in eius arbitrio ponatur à Deo magna illa vox fiat, dicens: *fiat tibi, sicut vis:* qua voce Omnipotens condidit cælum, terram, ac luminaria magna. *Hac vox illi affinis est, qua dictum est, fiat calum.* Vt inde manifestetur, quantum valeat efficere voluntas humana, præstanti fide insignita, cùm illi detur præpotens verbum fiat, quo omne visibile conditum est. At mulier, tanta sibi tradita potestate, sola filia salute contenta est: *sanata est filia eius in illa hora.* Christus vt magnus, ac magnificus Dominus, amplam committit mulieri potestatem; ipsa verò, vt limitato, ac angusto animo pollens, parum sibi eligit, ac assumit.

157. Chrysof.

Vices diuina potestatis committuntur voluntati cum fide.

Deus dat, vt magnificus, homo accipit, vt limitatus.

158.

Tertiò. Nouo inusitato modo donum huic mulieri conceditur. *Fiat tibi, sicut vis.* Quorsum tam extraordinarium priuilegium; nam forsitan simile non inuenies alteri concessum, vt huic mulieri impertitur. Hæc mulier nouum quoddam certamen cum Christo sine exemplo in suo obtinendo beneficio sustinuit: nam cùm humilis, ac supplex accessisset, dedecus, ac repulsam ab eo est passa. Primò. Silentio veluti eam despectam habuit Dominus: *Non respondit ei verbum.* Deinde eius interpellatores non admittit: *Non sum missus, nisi ad oues.* Tandem infami canis appellatione eam à se excludit: *Non est bonum, sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Quando Christus humiles, ac feruidos in fide sic à se abiecit? Haud dubio, nunquam. Ergo cum hæc mulier esset prima, quæ insolita hac repulsa, ac ignominia inflicta cum Christo pacièter certamen sustinuit; inde insolito, ac nouo præmio fuit sublimanda. Origen. hom. 7. de Diuers. *Miseram hanc mulierem Chananaeam despicis deprecantem: quid est hoc verbum? inauditum miraculum. Qui primos inuicis alicuius calamitatis, ac molestiæ scopos inuadit, inusitata mercede est condecorandus.*

Primus in aliqua virtute, maxime condecorandus.

Origen.

Quartò Albertus Magnus. *Fiat tibi, sicut vis; Non ponit metam, ait, qua in fide terminum non habuit.* Prouerb. 10. n. 25. *Desiderium suum iustis dabitur.* Proportionatur præmium merito. Et sicut mulier inter tot repullas, ac calumnias, cùm canis appellatur, metam non posuit, nec destitit à sua oratione; sic etiam Christus in præmiando terminum non præfixit, sed totum eius voluntati credidit.

159.

Alb. Mag. Prou. 10. Præmiu pro portione merito.

Quintò D. Basilii Seleucus Orat. 10. sic differt in persona Christi. *Ideo, ait, tibi gratificari distuli,*

160.

Basil. Sel.

Deus ultra postulata exuberanter concedit.

distuli, vt fidem tuam in exemplam proponerem, totam tibi curationis mensam explico, non vt cani micas, sed vt filia totum panem largior. Hucusque Dominus valde rigidè abiecerat mulierem: *Non est bonum sumere panem filiorum, &c.* Nunc verò magnifica liberalitate se erga illam explicat: *fiat tibi, sicut vis.* Vnde ergo tam diuersa mutatio? Christus, vt supremus Dominus, ideo tantisper postulatam videretur denegasse, vt inde largius concederet, ad suæque diuinitatis normam largiretur: diuina enim magnificentia est, non solum necessarium suppeditare, sed etiam cum magna exuberantia, vt profluat, & redundet. Bene ergo postquam mulieri misereri decreuit, tam copiosè concessit, vt nihil esset in desiderio, cuius copiam non faceret: *Non vt cani micas, sed vt filia totum panem largior.*

161.

Oratio humilis Omnipotentie vice fungitur.

Theodor.

162. Ierem. 7.

Oratio Omnipotentie vice quasi obtinet.

Tertull.

163. Basil. Sel.

Feruida oratio de obtinendo dono ita certa, ac si haberetur reuelatio.

164.

1. Reg. 17.

Sextò. Maxime expendendum, quòd Christus suo omnipotenti imperio non eiecit demonium, nec sua omnipotenti voluntate mandat infirmitati, vt solet, ac sanitatem impendit; sed totum hoc ipse omittens, totum voluntati orantis feminæ committit: *fiat tibi, sicut vis.* O præclara supplicis orationis commendatio, vt ipsi veluti Omnipotentia priuilegium concedatur: *fiat tibi, sicut vis:* Ac si illi diceretur: *Voluntas tua quasi mea sit Omnipotentia; & tuum velle, quodammodo meum posse: nec enim minora potes tu tanta fide suppliciter exorando, quam ego supremè imperando.* Vnde præclare ait Theodoretus in historia Religionis. *Omnipotens oratio, cum sit vna, omnia potest.*

Præcipit Deus Ieremias 7. num. 16. *Tu, ait, noli orare pro populo hoc, nec assumes pro eis laudem, & orationem, & non obstitas mihi.* Vnde imbelli homini tanta fortitudo, vt Omnipotenti Deo obstitere valeat. Vndenam debili homini tot vires, vt diuinæ Omnipotentia viribus sese opponere queat? Vnde? Ex oratione. *Tu noli orare.* Etiam oratio suas quodammodo habet Omnipotentia functiones, vt Omnipotenti humiliter deprecando valeat obstitere, eumque rogando ad pietatem inflectere. Vnde pulchrè dicebat Tertullianus in Apologia cap. 39. *Coimus in cælum, & congregationem, vt ad Deum, quasi manu facta, precationibus ambiamus orantes: hac vis gratia Dei est.* Expende verba: *Manu facta precationibus ambiamus:* quasi diceret, eum nostris precibus vndique circuncingimus, ac tenemus.

Septimò. D. Basilii Seleucus Orat. 10. *O quot myriadibus, ait, Iudeorum persanatis, ab iis ipsis, qui persanati, Christus sibi reponi illud audiuit: Hic vnde sit, nescimus: mulier vero Chananaea, etiam ante curationem, fide elata, ad Euangelista dignitatem peruenit.* In quoniam hæc mulier ad Euangelista dignitatem peruenit? Euangelista laus in veritate dicenda, atque diuinis reuelatis testificandis constituitur. Hæc autem mulier Chananaea nihil asserit, aut testificat, sed tantum animosa fide petit. In quo ergo Euangelista dignitate gaudet, vt scribit Seleucus? Hoc dictum est ad exaggerationem efficacæ orationis, quæ dum feruide, spe, ac fide petit, ibi quodammodo annuntiat postulatam impetrandam, ac si Deus illud daturum iam reuelasset; ac ita oratio elata fide prolata, veluti Euangelista fruitur priuilegio, vt iam audiat, *fiat tibi, sicut vis.*

In certamen descendunt Dauid, & Goliath. Cui Dauid, ac si esset iam in parta victoria, loquitur: *Ego venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei Sylicira in Euang. Tom. IV.*

agminum Israel, quibus exprobrasti hodie, & dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum à te 1. Reg. 17. num. 45. Non dum erat initum certamen; & belli est varius euentus, vt ipsemet Dauid postea dixit. Quomodo ergo iam sibi cantat victorias, nec enim super hoc ipsum habuisse aliquam reuelationem apparet, vt docere videntur Iosephus, Theodoretus, Serarius, & alij. Vnde ergo ante trophæum illius gloriam ita decantat, ac si iam sibi esset reuelatum. Tu inermis, & absquo gladio procedis, quomodo dicis, *auferam caput tuum:* Quis tibi ministraturus est ensem ad amputandum caput. Ipse dicebat. *Ego venio ad te in nomine Domini:* nempe totus confidens in Deo, cuius auxilium inuoco. Cum ergo in prece erga Deum veniret, veluti Euangelista priuilegio potitus, ante victoriam illius glorias celebrat; ac si iam sibi esset reuelata: tantam enim fiduciam, ac certitudinem ex oratione hausit, vt iam felicem euentum sibi, ac aliis euangelizaret. D. Chrysofostomus homil. de Dauid, & Goliath. *Tu venis ad me, ait, fidens in gladio, ego in Deo; tu in clypeo, ego in prece; tu venis in armorum virtute, ego in potentissimo genitore. Denique in te tua arma vertentur. Expende illud. Ego in prece, in te tua arma vertentur.*

Ioseph; Theodor; Serarius.

Oratio redit nos certos de assequendo desiderio.

Chrysof.



CAPVT III.

Iesus transiens inter fines Decapoleos.

Marc. 7. n. 31. Et iterum exiens de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos.

VERSIONES.

- Theophylact. Rursum egressus de finibus Tyri, ac Sidonis, venit ad mare.
- Euthymius, bus Tyri, ac Sidonis, venit ad mare.
- Græcus. Per medium finium Decapoleos.
- Syriacus. Venit ad mare Galilææ ad confinium Decapoleos.

ALTER TEXTVS.

- Matth. 15. num. 29. Et cùm transisset inde Iesus, venit secus mare Galilææ: & ascendens in montem sedebat ibi.
- Num. 30. Et accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos; & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos.